



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum beatitudo consistat in bonis corporis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio, XLIX.

¹² Secundus defectus est etiam de assumpto, scilicet quod substantia coeli sit nobilior istis inferioribus, & ob hoc non sit propter ea tanquam propter finem conclusio enim falsa est, ut patet Deut. 4, vbi dicitur sic: Custodite igitur solitatem animas vestas. Et subditur, ne forte oculis eleuatis ad colum videas solem & lunam & omnia astralia coeli, & errore deceptus adores ea & colas que creauit Dominus Deus in ministeriis cunctis gentibus. Medium etiam quod affluitum ei fallsum: quia omne animatum & cognoscens maximam cognitione intellectuam, est nobilis omni non cognoscente, colum autem non ponitur animatum, & per consequentem non est cognoscens, homo autem est animatus & cognoscens cognitione intellectuam, ergo est nobilior colum. Nec obstat quod colum est incorruptibile, quia diuturnitas, vel etiam perpetuitas, non arguit maiorem perfectionem in gradu naturae: & de diuturnitate patet, quia plus durat querus, vel elephas quam homo, & tamē sunt minus nobilia. De perpetuitate patet item, quia secundum Philosophum materia est in generabilis & incorruptibilis, totum autem compostum est generabile & corruptibile, & quilibet forma in composite praeferat animam rationalem, & tamen tam forma quam compositum sunt secundum gradum naturae perfectiora quam materia: quare patet quod ex hoc quod colum est diuturnius vel incorruptibile, non potest argui quod est perfectius secundum gradum naturae quo cunque corruptibili, & hoc ipsum dicit Philosophus, i. Ethic. contra Platonem, quod nihil est melius propter hoc quod est diuturnius, quod est verum de bonitate essentiali.

¹³ Ad Primum argumentum dicendum est, quod motus localis non ponit aliquam perfectionem in mobili, immo forte quies est maior perfectio quam motus: non quidem propter quies importat priuationem motus, sed propter dicitur unitornitatem essendi. Et quoniam dicitur quod motus est actus mobilis, verū est, sed addendum est illud quod addit Philosophus, scilicet quod est actus entis in potentia, secundum quod huiusmodi non est actus absolutus, sed modus se habendi, & ideo tam ex parte sui quam ex parte mobilis magis sonat imperfectionem quam perfectionem.

¹⁴ Ad secundum argumentum dicendum quod corpora celestia quantum ad substantiam suam non sunt facta, vi diuidant diem & noctem nisi mediante motu, & ideo cessante alteracione dierum & noctium cessabit motus, sed non propter hoc cessabunt lumina coeli quoad substantiam, & entitatem suam: quia ex eis sine motu proueniet aliud ministerium seu alia utilitas hominibus in quantum ex consideratione eorum consurgenti in laudem & gloriam Dei, &c.

DISTINCTIO XLIX.

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

Proptera resurrectionem vero. In praecedentibus determinauit Magister de pertinientibus ad iudicium: hic determina de finali remuneratione. Et primo specialiter agit de gloria bonorum. Secundo de ponis damnatorum de se, dist. hic oritur quæstio. Prima est principialis lectionis & diuiditur in tres. Primo enim ratiqe in generali fructu divinitatis remunerationis futura. Secundo specialiter inquit de appetitu beatitudinis ibi, Solet etiam queri de beatitudine. Tertio de modis beatitudinis ibi, Solet queri utrum aliud. Et haec diuiditur in tres, quia primo inquirit differentiam beatitudinis quoad obiectum. Secundo quoad gaudium. Tertio quoad statum. Secunda ibi, Solet etiam queri an in gaudio. Tertia ibi, Post hoc queri solet.

² Proponit ergo Magister post iudicium bonos in gloriam, malos in peccata collocari. Deinde querit quomodo intelligendum est quod omnes appetunt beatitudinem, quoniam non omnes cognoscant beatitudinem, & respondere videtur quod omnes scirent quae sit beatitudinis ratio. Quoniam ratio beatitudinis non sit habere quod defectum, sed habere quod homo vult, & nihil mali velle. Deinde querit utrum unus beatus alio plus cognoscatur. Et respondet quod non de pertinientibus ad beatitudinem, sed in modo cognoscendi est differentia. In fine subdit quod sine dubio beatitudo Sanctorum post iudicium maior erit quam ante,

Quæstio I.

⁴¹² quia maius gaudium, & perfectior erit cognitio, quod probat autoritate Augustini &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum beatitudo consistat in bonis corporis.

Circa distinctionem istam primo queritur, utrum beatitudo consistat in bonis corporis. Et videtur quod sic, quia quanto aliquod bonum est communius, tanto melius est, sed bona corporalia sunt communiora quam bona spiritualia: quia corporalia extendunt se ad plantas & ad bruta animalia, spiritualia autem non, ergo bona corporalia sunt meliora quam spiritualia, sed in perfectioribus bonis est ponenda beatitudo, ergo &c.

² Item beatitudo est bonum hominis, sed homo constat ex anima & corpore, ergo beatitudo debet esse communis animi & corpori, sed nullum bonum spirituale est utrumque commune, bonum autem corporale est utrumque commune in quantum anima in bonis corporalibus delectatur, ergo videtur quod beatitudo consistat in bonis corporalibus.

³ IN CONTRARIUM arguitur, quia beatitudo est proprium bonum hominis, in quo non communica cum brutis, sed homines communicant in bonis corporalibus cum brutis, ergo in eis non consistit beatitudo hominis.

⁴ RESPONSO. Primo ponenda est quædam distinctione de beatitudine. Et secundo respondebitur ad questionem.

⁵ Quantum ad primum sciendum est, quod cum beatitudo nominet perfectum bonum illius qui dicitur beatus, sicut aliud dicitur bonum aliquis dupliciter, sicut beatitudo accepit dupliciter. Aliud enim dicitur bonum alia cuius dupliciter. Vno modo solum extrinsecus per modum agentis vel obiecti, sicut ignis dicitur bonus frigescens per modum agentis vel efficientis, quia causat in eo calorem, qui est ipsi bonus formaliter, & viror est bonus affectus per modum obiecti. Alio modo dicitur aliud bonum formaliter & intrinsecus, sicut sanitas est bonum hominis quoad corpus, & scientia, & virtutes, & carus actus seu operationes sum boni hominis quoad animam quam perficit formaliter. Similiter beatitudo dicitur dupliciter. Vno modo illud quod beatificat hominem solum extrinsecus per modum agentis vel obiecti. Alio modo illud quod beatificat ipsum formaliter, & intrinsecus tantum perfectio ipsi inherens: & cum sic dicatur beatitudo dupliciter, nam quis tamen propriè dicitur illud beatitudo hominis quod beatificat ipsum formaliter & intrinsecus, quam illud quod beatificat ipsum solum & extrinsecus.

⁶ Cuius ratio est, quia illud magis propriè dicitur beatitudine nostra quo magis propriè dicimus beati, sed per illud quod formaliter nos beatificat magis propriè dicimus beati, & per quodcumque extrinsecum, ergo illud quod nos formaliter beatificat magis propriè debet dici beatitudine nostra quodcumque extrinsecum. Maior patet de se, sed minor probatur tripliciter. Primo, quia denominatio formalis semper est magis propria quam quæcumque alia. Cuius ratio est, quia sic denominatio est verè & propriè res nominis, sicut animal propriissime dicitur sanum, quia in eo est sanitas à qua denominatur sanum, non autem ita propriè dicitur medicina sana, ut animal sanum, ratione medicina, sed homo denominatur beatus formalis denominatione à beatitudine quae est perfectio in eo existens: ab obiecto autem vel efficiente non dicitur beatus formalis denominatione, quia beatitudo quae est in homine obiectum vel causa agens non est in homine, sed est eius de nominatio solum extrinsecus, ergo per beatitudinem quae est in nobis formaliter magis propriè dicimus beati.

⁷ Secundo, quia illud magis propriè dicitur nostrum quod nobis magis est unitum, sed beatitudo quae est in nobis formaliter & intrinsecus est magis nobis unita & beatitudo quae se habet ad nos solum obiectum & extrinsecus: quia illa non attingitur à nobis nisi mediante beatitudine formalis, ergo illa est magis propriè beatitudo nostra.

⁸ Tertio, quia illo magis propriè dicimus beati quo posito & omnibz, alias circumscripsis essemus verè beati quæ quodcumque aliud, sed possit beatitudine formalis, in nobis, & excluso quocumque alio per possibile vel impossibile verè differeremur beati, quia forma semper denominat

Magistri Durandi de

suum subiectum: exclusa autem formalis beatitudine & possitis quibuscunq; aliis nullus posset propriè dici beatus, ergo beatitudo formalis magis propriè dicitur beatitudo nostra qua sumus beati & beatitudo obiectiva. Dico autem q; magis propriè dicitur beatitudo nostra & nō beatitudo absolute, quia Deus qui est obiectum beatitudinis nostrae (y) infra patet) magis propriè & verè est beatitudo quā sit nostra beatitudo formalis, sed nō magis proprie dicitur beatitudo nostra, imò minus.

R E L I C T A Ergo pro nunc beatitudine obiectua, querimus de beatitudine formalis, utrū consistat in ali qua perfectione corporali a spirituali. Dicendum primum quod non consistit in aliqua perfectione corporali, quod patet sic: de ratione beatitudinis sic accepta est q; ipa sit optima perfectio hominis ad quā omnes aliae perfectiones ordinantur, sicut ad finem: sic enim nomine beatitudinis vel felicitatis yntetur tam Philosophi quam Theologi. Dicit enim Philosophus. 1. Ethicorum q; felicitas est omnium operatorum sumnum bonum, & infra eodem, dicit q; ipsam volumus propter se, alia autem propter ipsam. Ex quo potest argui: illa perfectio quae non est summum bona nec propter se volita, sed propter aliam meliorem non potest habere rationem beatitudinis, sed omnis perfectio corporalis est huiusmodi, ergo &c. Maior declarata est, sed minor probatur, quia sicut se habet corpus ad animam, sic se habent perfectiones corporis ad perfectionē animae quia sicut etiā habent perfectibilita ad inuicem, sic se habent perfectiones eorum, sed corpus est propter animam, & universaliter materia propter formam tanquam propter aliud melius, ut dicitur. 2. Physicorum, ergo omnes perfectiones corporis sunt propter perfectiones animae tanquam propter aliud melius, & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio. Ergo per idem patet q; perfectiones animae quantum ad partem sensituum quae est totius coniuncti nō possunt habere rationē beatitudinis: quia sicut se habet sūs ad intellectū, si se habet perfectio sensitivae partis & appetitus correspondens ad perfectionem intellectus & voluntatis, sed in homine sensus est propter intellectum tanquam propter aliud melius & nobilioris, ergo perfectiones sensitivae partis sunt propter perfectiones intellective tanquam propter meliores & nobiliores, ergo in eis non potest confitire beatitudinem. Ex quo sequitur quod cum pars intellectiva prout distinguatur cōtra sensitivam includat intellectum & voluntatem quibus nihil nobilior est in homine) beatitudo consistit in optimis perfectionibus intellectus vel voluntatis, vel virtutis sumus.

10. Ad primum arg. dicendum q; bonum communis est melius q; minus commune si sine eiusdem rationis, sed si sint diuersarum rationum nihil prohibet, q; illud quod est proprium paucioribus sit melius q; illud quod est commune pluribus, immo sic est necessarium, q; illa in quibus perfectiora differunt ab imperfectioribus oportet illa esse nobiliora q; sunt illa in quibus communicant (vt sic) vnum nō est perfectius altero, sed solum ratione illorum in quibus differunt, perfectiones autem corporales & spirituales non sunt vnius rationis, & ideo nihil prohibet perfectiones spirituales quae paucioribus conuenient est nobiliores perfectioribus corporalibus, quae conuenient pluribus.

11. Ad secundū dicendum quod licet beatitudo sit perfectio hominis non oportet tamen q; sit perfectio eius secundum torū quod est in ipso, sed secundum illud quod est nobilior & perfectius, & illud est anima secundum superioris eius potentias, quae sunt intellectus & voluntas; & ideo in perfectione aliquius starum potentiarum consistit beatitudo, & non in perfectione totius coniuncti immediate.

Q V E S T I O S E C V N D A .

Vtrum aliquis intellectus creatus possit videre Deū, clare & manifeste visione intellectuali.

Secundo queritur utrū aliquis intellectus creatus possit videre Deum clare & manifeste visione intellectuali. sicut vnu homo videt alium in visione corporali. Et arguitur quod non, quia si hoc posset intellectus creatus,

Sancto Porciano

aut hoc posset ex naturalibus nullo sibi superaddito, aut hoc posset ad intus per aliquid supernaturale sibi additi; sed neutro istorū modorū potest intellectus creatus vide re Deum sicut probabitur, ergo &c. Minor patet, quia sicut vult Phil. 3. de anima, sicut se habent sensibilia ad sensum, sicphantasmata ad intellectū, sed sensus nec virtute propria, nec aliqua virtute sibi collata potest cognoscere nisi sensibilia, ergo intellectus noster nec virtute propria nec aliqua virtute sibi superaddita potest cognoscere nisiphantasmata, vel ea que ex phantasmatisbus deducuntur, quia ei virtus collativa, & in hoc excedit sensum, sed ex nullo phantasmate potest deduci clara & manifesta cognitio Dei, quare &c.

2. Item plus distat essentia diuina à quocunq; intellectu creato, q; distet substantia separata a sensu nostro; sed nulla virtute potest fieri q; sensus noster cognoscat substantias separatas, ergo nulla virtute potest fieri q; intellectus nos ter videt diuinam essentiam.

3. Item infinitum secundū quod est infinitum est nobis ignotum ut dicitur. 3. Physic. sed Deus secundum omnem modum est infinitus, ergo secundum omnem modum est nobis ignotus.

4. Item super illud Ioan. 3. Deum nemo vidit vnam, dicit Chrys., q; nec coelestes essentiae ipsa dico cherubim & seraphin. Deum vt est vnam videre potuerunt: cherubini tandem & seraphini sunt ordines beatorum & supremorum spirituum, ergo multo minus potest in visionem dei quis cung; alius intellectus creatus.

5. IN contrariū est quod dicitur Mat. 18. de beatis angelis qui semper vident faciem patris qui in celis est. Et Apost. 1. Cor. 12. de nobis loquens dicit: Videmus nunc per speculum & in enigmate, tūc autem videbimus facie ad faciem. Et. 1. Ioan. 3. dicitur q; cum apparuerit, similes ei erimus quando videbimus eum sicuti es.

6. Et arguitur per rationem: quia omnis potentia per actum suum potest tendere in omne illud in quo inuenitur per se ratio sui obiecti, sed ratio formalis obiectū intellectus est ens secundum quod ens (secundum Anticen.) que ratio portissime inuenitur in Deo, ergo videtur quod intellectus creatus propria virtute posset attingere ad intelligendum Deum secundum se.

7. R E S P O N S O. Circa questionem istam procedetur sic: quia primo ostendetur quid est illud unde causatur in nobis cognitione confusa, & secundo declarabitur propositum.

8. Quantum ad primū distinguendum est de cognitione confusa: quia uno modo dicitur cognitione confusa quā non peruenit ad cognitionem rei quidditatiā vel specificam. Alio modo dicitur confusa cognitione illa, que est quidditatiā & specifica per comparationē ad cognitionem intuitiū: sicut ille qui habet cognitionem quidditatiā in rota quā nō videt dicitur habere confusam cognitionem per comparationē ad illam quam habet de rota quam presentiāliter videt.

9. Primo ergo reddetur causa cognitionis confusa primo modo dicitur, & secundo reddetur causa cognitionis confusa secundo modo dicitur. Causa cognitionis confusa dicitur primo modo videtur esse ex hoc q; res cognoscitur per medium prius cognitū quod insufficiens representat ipsum, quod sit maxime quando medium cognitum est inferioris gradus q; res representata per ipsum. Et hoc patet sic: cum enim sit triplex medium in visione, scilicet medium quo sicut species in oculo, vel in intellectu species intelligibilis secundum ponentes ipsas, & medium sub eo vt lumen corporale in visione corporali, intellectuale vero lumen intellectus agentis secundum Aristo telē & sequaces eius, neutrū istorum modorum impedit claram & manifestam cognitionem rei, nec quidditatiā, nec intuitiū: alioquin color qui videtur mediante lumine & specie (vt dicitur communiter) non videatur clarē & manifestē, quod falsum est. Est autem tertium medium in quo dicitur res videri, sicut in visione corporali ponitur exemplum de speculo in quo vel mediante quo videt aliquis faciem suam in visione vero intellectuali est tale medium quād cognoscitur causa per effectum, vel aliquid huic simile, tale autem medium nō est solum ratio cognoscendi alterum, sicut de specie dicitur.